

caritas: nec leditur pietas: Nulla enim est pietatis in-
iuria: ubi nulla est traditionis erumna: Tradidit vo-
lentem: tradidit offerentem: non utiq. ad poenam pa-
ter filium: sed ad gratiam: Si discuti facti meritum:
interroga pietatis vocabulum: Nas electionis: unita-
tem hanc diuine caritatis euidenter ostendit: quia
& pater tradidit filium: & filius ipse se tradidit:
Pater tradidit filium: qui filio proprio non peper-
cit: sed pronobis tradidit eum: De filio quoq. dicit:
qui se tradidit pro me: Tradidit inquit se: Gratie
quid arguo: si iniurie plus debeo: Sed sicut pater
tradidit filium: & filius ipse se tradidit: accipe quia
& sps eum tradidit: Scriptum est enim: Tunc hic
ductus est in desertum a spu: ut temptaretur a abu-
lo: Ergo sps diligens: tradidit di filium: Sicut em
vna est caritas patris & filii: ita hanc caritatem di:
supra effundi per spm scm: & fructum esse sci sps
declarauimus: quia fructus est sps: caritas: gaudiu:
pax: patientia:

XIII.

Communicationem autem: & patris: & filii esse ma-
nifestum est: Quia scriptum est: Et communica-